

mel ruinarum pulverem; sed semel & iterum crebris belli tempestatibus, & incursum turbinibus, illius mirabilem gloriam, atque regiam celsitudinem devenisse in extremam vastationem. Babylonem in eodem situ (Ar. Montani sunt verba ad illud Isai. 14. 22. Perdam Babylonis nomen) ac eodem loco ex quo eversa iam semel fuerit, nunquam iterum cessuram, aut refectendam: ita enim divino iudicio ad perpetuam ruinam & eversum damnata fuit, ut nunquam ibidem quispiam hominum habitaverit.

36 Huiusmodi comminationibus haud extremam vastationem designari, astruit Theodoret. doret. in 4. Baruch. Hanc ultionem passa est (inquit) operâ Persarum: at vero ostendit hic sermo non proforsit illam fore inhabitabilem. Idem Procop. in 13. Isai. & Basil. in cap. 14. Quare Doctis. Sanctio in 50. Jerem. n. 31. placuit esse hyperbolicam locutionem, haud quia penitus extincta, sed quia diu & à multis quassata, & non ita Babylon sicut fulserat, gloriosa. Ita enim intelligendum illud Matth. 23. 38. Ecce relinquetur domus vestra deserta: cap. 24. 2. Non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruetur. Post Titi & Adriani vastationem relicta sunt multa, quæ adhuc extant ex antiqua fabrica. Fateor aliquando locutiones sacr. paginæ sicine intelligendas, sed dum constat aliquod testimonium contrarium, etiam post fulminatam loci vel civitatis exterminium extremam: equidem nisi per vulgarem hyperbolen, haud possumus conciliare contradictionem. Sit ergo exemplum, quod quidem in propositam exillimo necessarium. Eiaculata sagitta per fenestram Orientalem, in salutem Israël, ægrotante Eliseo; dixit hic Regi Ioâs iaculatori: Sagitta salutis Domini, & sagitta salutis contra Syriam: percussitque Syriam in Aphec, donec consummas eam. Iussit Propheta Regem, percutere terram, quod ter fecit: & iratus in eum Eliseus: dixit illi: Si percussisses, quinquies, aut sexies, sive septies; percussisses Syriam usque ad consumptionem. Relicta ergo Scholasticis Theologis disputatione de promissis conditionatis (de quo egimus & hic Tautolog. 2. à n. 21. & Tom. 5. T. 6. à n. 22.) occurrit, quomodo si in consumptionem Syriæ prima sagitta; in eius consumptionem necessarium quasi signum, quod plus quam ter percuteretur terra? An quia primùm in Aphec (de qua Adrichom. in Isachar. n. 7.) clades designata, postque Syriæ strages absoluta? Aptius arbitror, primâ iaculatione signatum Syriæ exterminium, sed non extremum: quo quidem poteretur usque in calamitatem ultimam, si plus quam ter Ioâs sagittasset terram: Primò Consumptio, significat cladem, secundo omnimodam destructionem. Hinc Biblia Antiqua dicit: Usque ad consummationem: quasi ita futura Syriæ ruina, ut illius nulla prestitisset memoria.

37 Nullum sanè testimonium in contrarium urget nos, ne destructionem Babylonis interpretemur, præter sonat; ita ut non solum periret tantæ civitatis fabrica, sed etiam ruina: deletereturque per extremam cladem, etiam Babylonis nomen. Ab ira Domini non habitabitur, sed redigetur tota in solitudinem. Jerem. 50. 13. quo in loco Isidor. Clarius inquit: Quæ nunc Babylon dicitur, alio in loco est: neque ullum domicilium ruinis tantæ urbis superstes apparet, si historijs creditur. Idem Maldonat. in Jerem. 51. 26. & Guevar. in Habac. 2. §. 56. Ita igitur scopis scopata & trita; ut tanta moles redigeretur in pulverem; insuperque in ruina ita ventilaretur, ut pulvis etiam spargeretur per ætrem,

—Tanta licentia ferri
Cùmque superba foret Babylon spolianda tropæis.

Ut canit Lucanus, 1. Pbar. sal. v. 8. Quod Ierusalem sit in eodem fere & loco, constat factum ex Adrichom. in Theatr. titul. Ierusalem. Castill. in Devot. Peregrin. lib. 3. à cap. 1. Villalpand. tom. 3. in Bzech. in Urb. topograph. demumque Gregor. Mag. Homil. 39. in Evangel. ubi: Non relinquent in te lapidem super lapidem. Etiam ipsa eiusdem civitatis transmigratione testatur, quia dum nunc in eo loco constructa est, ubi extra portam fuerat Dominus crucifixus; prior illa Ierusalem, ut dicitur, funditus est eversa. Calamus ergo refectatur in Versiones, igitur ut potuimus, Tautologiam delicavimus.

38 Utrum vivere queam de infirmitate mea hac. Maluend. Si vivam de egritudine ista. Iosephus & alij: An convalescam, sanitatem recepturus? Arab. An revalescam; Æthiop. & Samarit. An futurus sicut prius? Dicendum ergo aliquid ad mores, ut ægri, per penitentiam & contritionem cordium & criminum; surgamus valide ab infirmitate peccatorum,

Babylon omnino deleta. Isidor. Clar. Lucan. Gr. Magn. Varietas lecti.

Rari in Scriptura admittenda, nisi pro concilianda antilogia.

4. Reg. 13. à 17.

Epilog. excus.

German. Cæf. Idem.

4. Reg. 13.

Cruce prius ei vulneris medicina.

ADINATON EXEGETICUM:

- 1. De infirmitate mea hac. Si Hanc dicit, aliam supponit. Utique: erat alia & gravior infirmitas ab origine, ex qua faucij generis infirmitates, atque traducti à radice languores. Erat infirmitas ex capitis conditione, ac proprio capite: diciturque De hac, cum lapsus ex illa sit; quippequam ad illam efficac alexipharmacum, duntaxat per crucis lignum.
- 2. De hac. Dum hæc singulariter dicitur; alia proculdubio subfignatur. Profectò; regnabat ibi; uti in aula moderatrix ambitio: & nequaquam dicitur Hæc, de egritudine ambitionis; quippe in cordibus ambitio universæ infirmitates.
- 3. De hac. Quænam ergo, si non hæc? Cordis dilectio, qua infirmum validum, & facile solidum; virgoque in Martyrio dicitur De infirmitate mea hac; ut Triumphus gloriosior sit: igitur valide tyrannorum fragit potentias ipsa virginis fragilitas.

- 4. De infirmitate mea hac. Rex qui hancine sustinet, aliam cognoscit. Profectò; & gravior animo, quæ grassatur in aula; ex veritatis absentia: equidem etsi levior, quia occultus languor; excedit gravissimam egritudinem; nolle in palatio recipere veritatem.
- 5. De infirmitate mea hac; quæ corporis de qua doleo, quin animæ infirmitatis accesserit penitudo. Ab affectibus non fit passio; unde nec penitet cor: infirmitate labat corpus: duntaxat molestat hæc: equidem estò gravioris animæ, criminum frequentatione; minimè dolet de vulnere; consuetudine peccati.
- 6. De infirmitate mea hac, dicit Petrus Nolasus. Quænam hæc? Magna sanè ex cordis vulnere. Saucius erit charitate; hancque in carnis infirmitate infirmitatem designat; quippequam in languore tantum amore languebat.

DIDASCALIA PRIMA.

Lignum vitæ salutis ægris, efficax remedium mortis.

Tautologie de infirmitate respondet Didascalia de salute: ut modus etiam excedat, & unde mors, inde vita resurgat; Ne rationem animi temeraria pectora solvant.

Ex veneno extractum medicamen, quippe virus immutatum in salutem: igitur quos infecit, & confecit toxicum.

Manit hoc breve lignum. Consultatur demon à Rege Iuda Ochozia, utrum furgere poterit de infirmitate contracta. Summa profors infipientia, querere fomenta vitæ, consilio demonis; qui nunquam docet hominem furgere, sed in deterius cæcitare cadere: igitur totum malignitatis consilium, ne homo cadens videat lapsum. Formula consultationis digna notata.

Utrum vivere queam de infirmitate mea hac. Iacebat, infirmatè laborabat. Sic: verum quorsum dicit, Hæc? Si hanc dicit, aliam profectò supponit. Sanè: alia est infirmitas ab originæ, ex qua cunctæ infirmitates, & generis lapsi catenati languores. Ille iacebat infirmus actuali contusione membrorum, quin curaret de lapsu Protopatentum, quorum infirmitas gravior, quoniam gradus ex

quo iactura, sublimior: erat infirmitas & infirmitas: infirmitas ex capitis conditione, ac proprio capite: diciturque de Hac, cum lapsus ex illa sit; quoniam ad illam efficac generosum medicamen duntaxat conferendum à Salvatore per crucem.

Lignum mirificum (ait Ctesias in Reb. Indicis, cap. 2.) quod in regijs duntaxat invenitur mortis, nec florem nec fructum producens. Omnia quibus admoveatur ad se trahit; aurum, argentum, as, lapides, & alia quilibet, & agnos & aves. Videmus in cruce mirifica,

Quæquid Græca mendax habet in historia. Iudæi cum viderent lignum aridum, sine flore hand operiebantur fructum: ac effectus ostendit; dum ad se Christus in illo suspensus, omnia traxit, immutans depravatam naturam, conferentemque conciliatricem gratiam: etenim tanquam aurum & argentum vertit pretiosa, quæ peribant ad malum æneæ corda atque lapidea. Omnia traxit, & in celum ad hominum gloriam, qui oculos suos statuerunt declinare in terram, truculentia percit; ut ingularent in occulto reos corde: in cruceque traxit omnia, demulcens pectora; quoniam ut aves terrige

Arbor cuncta trahens Ctes. Iuvenc. Sat. 10. vs. 174. Ioann. 12. 32. Crucis Christi sui humanum convertit sic peccatum.

Tom. VI.

Sl 2 nas

nas elevavit in caelos, & convertit per lignum lupos in agnos.

3 Ergo proposito nostro. Omnia traxit. Utique: in illum nostra declinaverunt mala & mala omnia, ut dum ab illo portantur, homines liberarentur. Dicit Evangelicus Vates. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit. Verùm quomodo, dum illum aut nos duntaxat gravare quit agnitus? An quia medicus, qui non fert infirmitates, curare nescit? Dicit Chrytologus Serm. 50. & Nos, Tom. 1. T. 5. D. 13. an. 5. Urget argumentum. Si ipse tulit, quo pacto dolores nostri? Iam non nostri, si ipse tulit. Eius qui patitur sunt dolores, quos ingerunt agritudines: nostrosque dicit, dum tulit; quia per lignum ad se traxit: contulitque agris optatam salutem, quia crucis dolore à cunctis removit infirmitatem. Fataram erat lignum, languorum medicamentum, propter remotiorem vulnerum: doloribusque tractis, non nostri nostri dolores; siquidem omnimodam infirmitatum libertas, dum per crucem ab agris fugit infirmitas.

Itai. 53. 4.

Chrysol.

Et sanavit vulnus.

Mercur.

Sine crucis formam significat ad salutem.

Petrus. Reyes Franc.

Ezech. 9. 4.

Tautolog. 1. a. n. 52. Quare super dolentes & gentes non ipsa imprimitur crux; sed figura crucis Thau? Ut consistet crucis virtus, dum per Thau excutitur dolor, & gemitus: igitur si crux prompissima salus agris; eminebit praesentia cum praesentia medicaminis, dum gentes & dolentes sanantur per signum crucis. Dolor erat, gemitus erat, ex quibus lachrymae faucij usque ad intima pectoris. Iam neque fletus, neque luctus, neque clamor, quia non est dolor: igitur praesentia crucis, absterit Deus omnem lachrymam ab oculis. Arbor vite est & ad vitam, languorum expellens poenam, qui praesentia desideret virtus, etis vulneret pectus, evanescente signo virtutis in medicamine, ad praesentans medicamen virtute signi: quandoquidem si falsus desideratur agris, advenit agris in cruce medicina universalis. Vide dicta loc. cit. n. 49.

Crux medicamen languorum.

Et universale.

Ioan. 5. 4. Pet. Com.

5 In Piscina sanabatur unus, à quacunque detentus infirmitate. Quotannis fiebat: verum qua virtute? Ligni (ait Comest. in 3. Reg. cap. 26.) cuius virtute aqua mpta sanavit egrotos, & creditur fuisse hoc lignum crucis Dominicae. Non erat: futurum tantum: & erat virtus in expulsiorem languorum, cum discernere virtutis, quousque virtus ex ligno advenit agris: igitur si tunc unus duntaxat ressituebatur saluti, ligno crucis in salutem universi ressituebat. In cuncta decreta plaga, quasi orbis moles è cardine ruitura. Exterminium impendebat orbi. Quatuor Angelis datum è terræ & mari nocere. Nunquid iustum cum impio? Nullo modo. Alius qui habebat signum Dei vivi, signum scilicet crucis, quatuor clamavit Angelis, nullum fieri aliud nocumentum; quoadusque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum. Quid, ne nocerentur, quia signantur? Non poterat in signatos gladius extendi? Neutiquam. Liberi prorsus inter faucias à vulnere, virtute signi, quod habebant in fronte: & antequam qui liberandi signantur, nocumenta suspenduntur; quoniam impressa in frontibus crucis formà, non est periculum ultra. Patet in figura exaltati serpentis, qui signum in cruce exaltandi Salvatoris. Sicut Moyses (inquit) exaltavit serpentem in deserto; ita exaltati oportet filium hominis. Ita? Sane! An ut sanitatem acciperent, qui illum toxicati viderent? Dicit Textus, Numer. 21. 9. Aliud Pererius timatur: Alij sanabantur percussis, alij ut non percuterentur. Hic disput. 12. n. 54. Maius utique à serpente praeservari vulnere, quam post vulnera sanari. Sic exaltandus filius hominis in ligno, sicut

Apoc. 7. 3.

Cum illa nullum periculum vulnere ruit.

Ioan. 3. 14.

Perer. Quae ex illa positissima innat.

serpentem Moyses exaltavit: in deserto: igitur si serpens exaltatus serpentis praecaverit morsus; ex veneno serpentis, Christo in ligno, nihil amplius: quandoquidem post ostentum lignum crucis, non est periculum amittendae sanitatis. Pone eum pro signo: dicitur Moysi. Signum micat: aliud profecto à se repraesentat, nimirum virtutem crucis, ex exaltatione Salvatoris: igitur exaltatus, non solum falsus agris; sed ne vulneribus amittatur salus. Saccinit vel Aratus in Phoenom. v. 298.

Nam. 21. 8.

Aratus.

Orph. Kircher. Crux signum felicitatis.

Virgil. 10. Aeneid. v. 792.

Languorum remedium, & in vena-bula situm.

Oblivio cruciaminum, & oblitio malorum.

Peter.

lo mundare cantharum: hinc è latere crucifixi fluxerunt sanguis & aqua. Cuspide percussam violat latus: aquae patienti Vulneris purpureus cruor, & simul unda currit. Canit Sedulius, 5. Carm. à v. 287. Cur non aqua & sanguis, sed e contra è fonte vulneris. Sanguis in pretium, aqua in lavacrum: primumque nullo modo lavacrum, dum in cruce effudit sanguinis pretium; quoniam minime quibant homines purificari, si ne sanguinis virtute. Clarius acumen. Sanguis in pretium, aqua in sanguinis officium: equidem effuso sanguine in cruce, fulserunt cuncti sine macula loti. Ex crumibus orientabatur lepra, & à lepra turpis macula; quae deleri non valebat, nisi repellentur crimina: & in cordium munditiam, exit aqua post sanguinis effusionem; igitur in cruce visa sanguinis gutta, in leprosis neque macula.

Ioan. 19. 35.

Sedul.

Detestio macularum.

Paulin.

Nostri salus etenim cruce Christi & nomine constat. Accinit Paulinus, Natal. 10. v. 121. Est conditionis languor, ex vulneribus dolor, ulcerum agritudo, cordium violenta affectio; quae cuncti festidi, impuri, quasi plagi immunde lepra. Christus sicut cruce infirmittates abstulit, ita candorem ad puritatem intulit: unde ut virtus pateret crucis, unda fit sanguis; quoniam quas attulit conditionis infirmitas, per crucis medicamen Archiatet detestit maculas.

8 Ex collatione praefatorum numerorum, ligni crucis notandum quantum momentum. Numerus Novem est sentina cunctarum calamitatum: Decem verò, signatus per crucem, epilogos beatitudinum. Decem leprosi fastidientes & saniem & pruriginem; à Salvatore N. efflagitant sanitatem; lesu praceptor, miserere nostri. Miferere cordi leprosi implorant: valuit lepra, quia peccaverant: & nisi illi inesset misericordia, continuo iacerent in originali lepra, ac fluereut ulcera. Beneficium illud collatum, & ad votum. Redijt gratus in benefactorem decimus, & acturum Christi vos: & novem ubi sunt? Non mirum ex novem valentibus desiderium: haud benefactorem quarebant, sed beneficium: recesseruntque oblivi valentes, qui accesserant imbecilles. Decem mundasti sunt: & novem ubi sunt? Evanerunt. Numerus leproforum ad nihilum est redactus, dum venit decimus, quem numerum crux designat, ut crucis effectus ex miraculo pateat: equidem si in cunctis

Ioan. 19. 35.

Sedul.

Detestio macularum.

Paulin.

Luc. 17. 13.

V. 17.

Unde in dignato elucet ingratitude.

Salus in figura Crucis.

7 Per crucem venit Salvator de coe-

macula, signo crucis abolenda; decimo prorsum ad medicum adveniente, claruit, quod cuncti mundati. Signum crucis exprimit decem; cunctae hominum calamitates per novem; qui adveniente decimo ex leprosis, non apparent; igitur cum medicina universalis in ligno saluifero crucis; per crucem expulsa ex repulsa infirmitates.

9 Lignum crucis radix infirmitatum, unde pendente in illo, vidimus quasi leprosum: sanguineque illius, quod erat infirmitatis, factum est lignum & signum salutis, quippequam non solum expulit generis infirmitatem, sed exterminavit irruentem de lepra mortem. Ad rem vel Ethnicus, Epigramm. 34.

Quae efficax remedium mortis. Petron.

Unde datum est vulnus, contigit inde salus. Vulnus ex lepra, qua maculata natura, morti obnoxia. Apparuit Christus habitu inventum in homo, quasi leprosus in massa generis; sed ut decimus cum signo saluifero crucis, ex quo vita & ex quo salus, quippe iam in faucibus atque leprosis non vulnus. Unde novem iam non sunt, nec macula, nec aegritudo, nec mors; quoniam qui cunctis malis & aeternae morti deditus, apparuit homo cruce vivus & sanus. Perfliteret molestia calamitatis; quousque praesens in opus signum salutis: igitur prius homo leprosus tot ærumnis laboraverat; quia in decimo crucis signum non advenerat. Elucet articulus in baculo Elisei, qui traditus Giezi, mortuo filio Sunamitidis, fervore caloris, & ariditate febris. Accipit ergo baculum, & ostendit se esse lignum: equidem dum baculus suscipiebatur ut saluber, subrogatus in medelam, dixit: Non surrexit puer. Iacuit praemorte leculo immotus, & vel applicato ligno vox non erat, neque sensus. Venit Eliseus, & puer a morte surrexit. Quare cum eodem ligno minister non excitavit? Erat lignum, sed sine virtute in vitam, & ut ita tua ad statum: mortuamque uti mortuus fuerat, iacuit; quia necdum venerat, a quo virtutem acciperet. Sit ergo. Si nulla virtus in ligno, quare ad mortuum cum illo mititur ab Eliseo? Quare dicit: Tolle baculum meum, si non pharmacum? Ut contra mortem efficax signum ostenderet; sed sine virtute, quousque ille veniret: equidem illo cum ligno veniente, vel absorptus a barathro liberaretur a morte.

Lignum crucis sine Christi, inuile lignum. 4. Reg. 4. 31

Y. 29.

Augustin.

10 Quid significat mortuus puer nisi Adam? inquit Augustin. de Verb. Apostol. cap. 11. Ligno suscitandus erat a morte; sed si multa, nullum erat lignum vitae: equidem cum ad medelam abiens esset a quo virtus;

qui per lignum iacuerat, sine ligni virtute iacebat mortuus. Mittebatur Moyses cum virga, quae in signum ligni vitae stipenda operabatur miracula; sed homo iacebat languide vivum cadaver, quia nullam virtutem ligno valebat dare minister. Ramus aureus quaerendus, ut cadaver reddat orcus.

— Iacet exanimatum tibi corpus amicit: Sed non ante datur telluris opera subire, Auricomos quam quis decerpserit arbore fixus.

Virgil. 6. Aeneid. à v. 140. Unde lignum aureum Idem.

Unde aureus inter tot ligna in restitutionem hominis? A singulari pretiositate virtutis.

— Aliter non viribus ullis Vincere, nec duro poteris convelle ferro. Pretium a sanguine, a quo virtus praestantissima ligni: quod quidem lignum & lignum homine mortuo; quippequam a quo virtus erat in caelo.

Camérarij Exod. 4. 131

Quod valet est Christi viva figura Dei. Ait Camerarius, Centur. 1. Emblem. 12. Elucet in virga Moysis; illi tradita, ut perpetraret prodigia. Virgam portat, verum clamat: Mitte quem missurus es. Quorsum obsecrat advenire mittendum? Ut virtutem ad vitam habeat lignum: igitur tamen quod habet, miracula floreat; nullius ad vitam virtutis, ni qui venturus est veniat. Ligna erant, & mira, in manibus ministrorum, ceterum ad vitam hominis lignum. Puer non surrexit. Adamus ut iacuit, iacet. Lignum minister sine virtute demonstrat, quia venturus non advenerat. Venit ergo: homo inter homines apparuit: & exultarunt omnia ligna silvarum, quoniam venit. Indicatur, quomodo corda gaudent, ubi insensibilia exultant.

Ergo alacres silvas; & cetera rura voluaptas.

Ipsi latitantes voces ad sidera iactant Intonsi montes.

Virgil. 5. Eclog. v. 484 & 62.

Lignis inest nobis sensibile gaudium. In prodigio nihil mirum: quandoquidem si a ligno caelestium ac terrestrium dominatio, virtusque ut Adamus revocetur a sepulchro; ligna cuncta expriment ex tripudio exultationem, utri illorum qui venit, tribuat folium & virtutem. Contemplamur in ligno possessionem utriusque virtutis, insigni miraculo Salvatoreis.

II Cum ingrederetur civitatem Naïm, theatrum obvium ingenitæ eius pietati, Ecce (ait Lucas) defunctus efferebatur filius unicus matris suæ. Invenit infelix mater in turba solamen, qua cuncti ex orbitate exprimebant multitudinem. Turba vultu, mater fletu. Hanc cum vidisset Dominus desolatam, opple-

Luc. 7. 134

DIDASCALIA II.

Ambitio nunquam quicta.

1 Diximus Tautolog. 3. D. 4. & Tautolog. 4. D. 2. ex Bernardo, quantum dignitatum dolor, quantum timor: modo ambitiosus exponendum quantum labor.

Summus labor ambitus

Nunquam patiens pacis, Cedit in immensum cassus labor. Canit Lucan. 2. Pharsal. a v. 650. Est enim ambitus contusio cordis; vomica peccatoris, cordolium animi, insultus viperæ, insidiae colubri, amaritudo dulcis, acerbitas voluptatis, labyrinthus cogitationum, error delirantium, furor emotæ mentis, pyrata libertatis, tyrannis affectuosis, certamen internum, bellum intestinum, vitcerum tormenta, præcordiorum cruciamina, voluntaria gravissima crux, infernus cum spe, iter in tenebris, quassatio capitis, caligo mentis; quis percitus sacra profanis, & ponti adinstat, Haurit saxa vorax, mentisque immiscet arenis.

Lucan.

Qualis & quid?

Idem

Regnat spes cum angore, & forte animi semper penduli, cum præmio stoliditatis, fatigationeque sitis: equidem aqua proxima, cæterum nunquam in lingua. Exulum pecuniam confert Plutarchus libelli de exilio:

Plutarch.

Spes exules, sicut vulgo ferunt, alit: Pulchris vident oculis, morantur tamen. Pendentes ex futuro, inhiant absentibus, sed in casum: siquidem quod votum lætatur, semper futurum. Stupebant omnes (ait Seneca in Ludo Claud.) novitate rei attoniti: negabant hoc unquam factum. Placuit novam penam excogitari debere. Instituendum scilicet laborem irritum, & alicuius cupiditatis species sine fine & effectu.

Sine fine & effectu. Senec.

Sic cum iam summo tanguntur calamina montis,

Irrita Syssypho voluuntur pondera collo.

Oroz.

2 Per transannam Silyphum ambitiosi exhibui speculum, Tom. 1. T. 2. D. 2. n. 5. & Tom. 5. T. 2. D. 4. n. 1. Unde Orozium lib. 2. Emblem. 39. in scribit epigraphen: Reno vata spes. En stimulus ambitionis: præcordia pungit, ceterum punctus nec sapit; quoniam frustratâ spe in ulteriora movetur, eod quod fallax, fugax spes renovatur, continuaturque labor, & labor, atque in laborem repetit pondera furor. Traditur hiant honoribus saxum, ut ascendat oneribus in fastigium. Sudat ut ascendat, potius ut cadat

V. 15.

Senec.

Ovid.

Ambr.

V. 14.

A Christo accipit virtutem aduersus mortem.

Genes. 3. 3.

Ut esse lignum vitæ, quod lignum leti.

Venant.

Picinnell.

oppletam amaritudine; dixit illi noli flere. Quis matrem prohibet a fletu, mortuo filio? Donavit lachrymis maternis filium; ait Seneca, 2. de Clement. cap. 6. & Ovid. 2. de Remed. v. 127. Quis matrem, nisi mentis impos, in funere nati Flere vetat? Non hoc illa monenda loco est.

Cur ergo qui cognoscit figmentum nostrum, orbæ matri inhihet fletum? Flere prohibetur eum, cui resurrectio debebatur; ait hic Ambr. lib. 5. Unde debita in vitam revocatio? Quia efferebatur in feretro? Lignum erat. Ad resurrectionem inefficax lignum. Nallo modo. Accedens tetigit loculum. Tactu sacravit. Inefficax lignum in vitam restitutionem, quousque ille veniret, constitens lignum virtutis folium, mortisque remedium: & quam defertur fato functus, fieri a matre prohibetur, quippe illi ex iure resurrectio debebatur; siquidem ut per illud, qui mortuus, haberet resurrectionem; iam Christi tactu lignum habebat virtutem. Lignum ligno opponitur, & tactu tactus; ut e contrario videretur effectus: igitur si ex malo nascitur omne malum, ex malo diverso tactu orituram sanè bonam, Et ne tangeremus illud: dicit Eva; quippe ex tactu in naturam lethalia toxica: tangit Christus, & tactu in vitam revocatur mortuus; quoniam ligno communicata iam virtus, & speciali miraculo; ut iure mortuus deberetur resurrectio: igitur quod tantum serviebat morti, tactum factum lignum vitam. Hinc non dicitur: Tetigit lignum, sed tetigit loculum, id est feretrum: quandoquidem qui venturus adveniente, & lignum in vitam cadaverum designante; factum est saluifera lignum vitalitatis, quod erat loculus mortuus. Reliqua vide Tom. 1. T. 5. D. 11. à n. 6. Succinit Venant. de Cruc. Carm. 3. v. 11.

Cuius odore novo defuncta cadavera surgunt, Et rediunt vita qui caruerat die.

Novum utriusque quod de funere vita, & dulcis radix veteretur amara: de quo alibi: igitur Christo adveniente, collatâ, quæ non erat in ministris, virtute, mortui resurgunt, Dei magnalia referantur, mors sepelitur, caelum aperitur, homoque restituitur Auctori: quippequam

Mortis olim, nunc tessera vita.



Frustratur
& inflat.

dat. Spes perveniendi vocat, culmini appropinquat ut fedat; verum relabatur saxum, sed non evanescit votum; quoniam in ascensum semel & iterum instat, quantumvis victus tristisque recedat. Placet laborare, neque vivit cor instabile sine pondere: igitur plus in plura roboratur animus, quod maius pondus & pondus. *Stulti vita ingrata est, vrepida est, tota in futurum fertur. Quam tu nunc vitam dici existimas stultam? Nostra, quos caeca cupiditas in nocitura, certe nunquam sustatura precipitat. Non cogitamus, quam incundum sit nihil poscere, nec ex fortuna pendere.* Ita Senec. *Epist. 15.* & Statius *6. Thebaid. v. 68.*

Senec.

Gloria mista malis, afflictaeque ambitus aula,

Statius.

Ceu grande exequijs onus, atque immensa feruntur.
Hinc ingens laebrymis honor, & miseranda voluptas.

Non sentitur dolor.

Levat angor, ubi nec sentitur dolor, risas fortunae, ludibrium saxi, & arietatio cerebris quae in opprobrium, qui ostro perciti, procedunt attoniti ac fiderati: quandoquidem hiant in volitantem fortunam ac dignitatem, ut onere valeant exsaturare laborem.

Math. 20. 20.

3 Occurrit in matre ambitus filiorum Zebedaei. Brevis dixi, *Tom. praef. T. 6. D. 3. n. 16.* Illa accessit adorans & petens. Mulieris conditio: nonnulla fecundae adoratio sine commo. Est adoratio plena, recedit vacua: etenim honores nonnunquam suspiciosis, si acquiescit carni & sanguini. Filij ambiunt, ac per matrem votum dirigunt. Illa immota federet, ni moveretur a filijs; quod quidem in schola Christi virtutum gravissima pestis: equidem cum pro commodis filiorum sit in genitrice naturalis affectio; maior est dum fecine stimulat ambitio; deaurat quippe magis avidi appetitum dignitatis; didantes ambitum, fuisse affectum genitricis. Dicit vel Ethicus, *5. Astronom. a. v. 154.*

Adorat femina semper in commoda

Natura pudet, atque habitat sub pectore caco
Ambitio: & morbum virtutis nomine iactant.

Ex virtutis velo fortior ambitio, Maail.

O Praesides! Vigilate. Non tot essent connexiones, nec importuna interventiones demeritum ab ambitu saecularium, ni moveretur instantijs ambitiosis Monachorum. Vigilate. Latet anguis sub herba; verum propositum distributionis non latet: igitur plerique sic plerique cum plausu intervenientium merito indignis negarent; ni commo conferentes, ut acciperent penderent. Hinc

Munus ex favoris gratia, est favoris dependentia.

prosteruntur merita, & exaltantur Religiosis ludibria: quandoquidem in distributione Religionis numerum, consulit sibi; & nequaquam Religionis. Icedo audientes decem, ceperunt indignari de Iacobo & Ioanne. Non in illam commota bilis, tametsi accesserit in illos cunctorum iustum fastidium exarlit; quia in avidiore ambitione, noluerunt ambiciosi videri: siquidem etsi utriusque ambitus moverit indignationem, magis quod movissent matrem.

4 Ex quo homo cecidit, ambitio hominum corda pupugit; ut collocetur super homines in dignitatum fastigio, qui necdum homo. Unde optime Anacharis, apud Plutarch. in *Solone*, dixit: *Se mirari Athenis sapientes dicere, stultos iudicando dominari.* Ita pauci & stolidi in studijs ambitionis: quicquid dicant in moderamen sapientes: igitur cuncta geruntur ad votum, quantumvis sit stultorum iudicium. Ratio, Religio, lex, ne corruptela: aperitur ostium; clamant. Quid iudicium stultorum pro muneret? *Dicant, dicant.* Amulantur homines, quae in Republica munerantur, ut pluris sint quam nascuntur. Si vitia valent, leges videtur vitorum. Si gesta praclara, cunctatum videtur viridarium virtutum; quippe iuxta dignata sunt studia & exercitia. In Religione debent munerari virtus, sapientia, legum observantia, ac caetera in munus mania: exulare vero ambitio, saecularium conversatio, primatum connexio: qua de causa Gloriosus Doctor Monachorum *Benedictus Regul. Sancti. cap. 6.* quaeque vana, licet verba, ac huiusmodi strepitus *Aeterna* (inquit) *clausura damnamus.* Quorsum ergo liceratur labor, ac meritorum studium, ubi munera & munera conferuntur per otium? Ut quid ex laboribus seala & gradus fastigij, si habetur sine labore? Quidam merita, si ad munera munera? Frustra sudor ex dotibus in fastigium, si in connexionibus pretiam. Quantae legum observantia, dum pravalet vita bona? Sequuntur, quae munerantur: sequenturque contraria vitorum studijs, modo tantum remunerantur dotes. Erant Marones, modo Mecenates: deviantque a virtutis itinere, quoniam virtus sine honore, tendentes anxie in corruptelam & vitium; quippequam itur ad honores per compendium, ac sine errore cum erroribus in barathrum. Unde cum in schola Christi, tantum pretij pretium meriti; de ambitiosis indignantur, qui Christi leges & instituta sequuntur; quandoquidem quod nascit debebant observantia Religionis, impetrare munus certant solum connexione matris.

Marc. 10. 42
Non moventur Ipe. Iacobi & Ioannis ad Monachos.

Plutarch. Consilia praedentium insolentium Praetorium iudicium.

Monachorum exercitia iuxta praemia.

S. Bened.

3000 V

Virtus cap deprimatur in virtutis profusione.

Ergo

Ambitio exurambionem.

Tantum pendit optata.

Iuven.

Idem.

Semper sine meritis ad summa.

Munerum distributio, Praesidis praesidio.

Art alicui in politica, non recta distributione.

5 Ergo cum matre accedunt, ut plus coram matre confundantur. Dum Salvator loquitur in sua passione de acerbitate cruciaminum; illi interventu matris ambitum superiorem locum. Importuna tractu, atque intrepida ambitio, caeterum minime discontinuatur sermo. Diversa in quolibet vox, verum totum crux & crux. Loquitur Christus de passione, & ambitus de dignitatum certamine. Singuli in utile ac commodum; sed ambitus quin consideret tanta passionis momentum: igitur modo quod optat prece vel pretio lucretur, quid ad illam quod Praefes patitur, vel non patitur? Ubi regnat, cordi sedens, caeca ambitio, removebit a loco nec Christi passio. Ergo sine fronte accedunt.

— Mater summissa rogabat, Ut Christo modo, caeli sublimis in arce Felices nati dextra lavaque sederent. Tunc quaerit Christus, calicem si samere possent. Quem sibi praecipit in stabat munere Patris? Respondent se posse simul. Ut metricè vertit Iuvenens, 3. de *Evangel. discip. v. 591.* Annuit Christus, promittit & acceptat ut grata futura merita: verum in ambitu audacia.

Sedibus aequali necum considerare honore. Iuxta merita conferenda munera. Sedebitis super thronum, sed non mecum. Amulatio non esse potest aequalitatis, sed similitudinis. Cum federit filius hominis, sedebitis, sed non in sede eiusdem maiestatis: siquidem in altissimum honoris fastigium; altissima debet esse magnitudo meritorum. Vobis iuxta merita dispono: cuius dispositionem deventat vestra ambitio, quarendo matris intercessione & a me, cum praemia ex meritis sint (quae cognoscit Pater caelestis, & nullas ex vobis, maxime ad vos) igitur semper in amore proprio fraus: quin misereamini laborantis erga distribuenda praemia, ambitione praecipiti & obsecra; dum passio imminet, mors urget, votumque vestrum me premit: equidem inter Superioris, dignitates distribuentis angustias, non minima tribulatio; inter optantes ad praemia pro meritis distributio.

6 Perferentemur. Conditio plerumque aulicorum, non Chriticolarum Praesidum (in Academia Machiavellica candidatorum) in velamen principalis erroris, vel sine obice ut distribuant ad lubitum dignitates, ne pateant simul alicui in distributione fines, iactenturque fundamenta in praecogitata commoda; canibus famelicis praebere quasi quid magnum oscicula; quippequam quandiu totum.

Tom. VI.

dant & mandibule crepitant, minime latrant. Brevius at persequitur. Placere cunctis, ut sibi in cunctis complacant; pro arc, disperso lupino, sibi congratulantes de ingenioso dolo. Nostrates: *Contentar à todos, para salirse con todo.* Sic praefigunt thronum, non est meum. Cunctis esset locus pro meritis, ni daretur indignis. Si dotibus dignitates distribuit, plures sedes essent vacuae, nec merita recederent plena pudore. *Parvuli peticunt panem, & non erat qui frangeret eis.* Non queruntur de pane, sed de distributione. Accedunt indigni cogitantes de pane lucrando, illisque distribuit sine iudicio: sane in Republicam deducit, quippe filiorum panis nequaquam mitrendus canibus. Non deficeret panis, modo iusta mensura distributionis: nulloque modo sufficit, quod abundat, igitur non est qui iuste distribuat. Deficit, quod sufficit, atque pessima distributione deficit igitur ut abundet non omnibus dandum; sed pro qualitate ad munera meritorum. Quomodo ingrederetur Mathias, si locum haberet Iudas? Egre diatur, proiciatur est crepet: deponatur è munere, cuius partem licet: Abeat ergo in locum suum, si in cunctis diabolus est: siquidem hic abe meritorum decus, indignis non datur locus.

7 Magis ergo accedamus proposito. Potestis bibere calicem? Ex abrupto dicunt: *Possimus.* Profecto, quantum anguror, veritas, quae videtur ambitiosorum facilitas. Ambitis, dum calix proponitur acerbitate passionis. *Calicem quidem bibetis:* igitur facilius tormentum crucis, quam cruciatus ambitionis. Mihi ex mortis cogitatione summus angor, & sanguineus sudor: caeterum vobis nequaquam molestus dolor. Non adhast mihi cor pravum: non rapinam arbitratum sum; & vobis dolor in dolore vel gravissimo non est; quia gravior dolor ambiendi, quam cruciandi: poteritque tolerare valide mortem, qui potuistis ambitus tolerare cruciamen. In cruce profecto pendendum vitae. Idem & gravius in ambitu dignitate: calicem namque mortis bibere possunt, qui pro dignitate moriebantur, & in passione moriuntur. Mors acerbius ex ambitione civilis, quam ex passione violenta; quippe superat etiam acerbitissima: promittantque mortis crucis fortiter pati penam, qui ad ambitum dignitatis subeundum retinebantur tolerantiam. Ratio patientis prompta. Mors civilis ambitionis, continuo vexat: violentiae mors parvo tempore durat. Discrimen praeter diritatem, penes tempus & tempus: propositoque mortis violentiae calice, respondens: *Bibere possimus;* quippe semel mortem validissime patientur.

V. 23.

Thr. 44.

Munera meritis non deficiunt, si darentur merito.

Actor.

Math. sup. v. 23.

Facilius tormentum crucis, quam cruciatus ambitionis.

Mors ambitionis, cur acerbius morie cruciatur.

It

qui

qui continuo pro munere moribantur. In hac mors vitalis, in illa vita mortalis. In hac moriendo vivitur: in illa, vita deficiente moritur: preclarèque ab ambitiosis calix amaritudinis bibitur; quoniam tolerabilior mors pertranseans, quam mors permanens. In ambitus morte dolo est phoenix: qui quo moritur, in vitalitate excitatur: spes enim evanida cogitationis, quæ deficit; ut ambitiosus iterum extinguatur, reviviscit. Ibi dolor semel finitus finitur: hic morte plus excitatur: quo quidem crudelitatis nil plus quoniam vitam tribuit spes, ut vacua rapiat à cogitatione post. Vitam concedere, videtur studium amoris, & est dolo sub specie voluptatis. Dulcis poena, sed incognita perdidit: igitur ministrat in iugulum gladium, dum ambitiosus arbitratur obsequium. Hinc Christus illis dixit: *Nescitis. Morimur, & gaudent: vulnerantur, nec dolent. Tormenta manibus plaudunt. Sanequam nesciunt: igitur continuam appetunt mortem, continuo cogitantur ambitiose dignitatem.*

Ambitio cum spe sed sine fide. V. 22.

4. Reg. 1. 2.

Infirmis aulicorum.

E suggestione demonum.

Paulin. Consul. Carm. de Baptis. à v. 244.

Et universa vitia.

8. Clarebit ex Tautologia. Consultur à Rege infirmo diabolus sic: *Utrum vivere queam de infirmitate mea hac.* Si demoftrativè hac dicitur, alia infirmitas proculdubio supponitur. Profecto quidem graviolem quam tacet, subfignans infirmitatem. Erat in aula, ubi grassatur ambitio vigil intrepida: signaturque meditante ab hac, de qua aliquantulum spes; quippequam ubi distributio honorum, elargitio dignitatum, thronique celsitas; ambitio planè pervagabitur infirmitas. *De infirmitate mea hac.* Mea quidem hæc: igitur ambitionis dulce, lethale venenum est cunctorum aulicorum. *Infirmitate mea hac.* Mea & mihi peculiaris hæc: hæcque signatur præ symptomate ambitionis; cuius accessio cum hac universæ infirmitates. In hac, quæ non hæc, consultur Beelzebub. Ex sententia directoris, constat affectio in pectoribus humanis: quandoquidem ad ambitus quodlibet votum semper consultur demon.

Lucus ac amorem innoxit habendi. Hinc odis, hinc lites, hinc fraus, hinc livor & iras.

Cædes, arma, cruor, consilius, prelia, mortes. Hin offensæ Dei, quam tartara seva piabunt.

Si falsum testimonium necessarium in ascensum; ambitiosus, dicfodes, averfabitur testimonium falsum? Urinam! sed vè! Honorii derogat, ut sibi habeat: nihilique ducit, ex quo totum pendet. Quid si placet? Maculam appinget Soli, tenebras luci; ut sit ali-

quid qui nihil: maxime si à quo honoris expectata celsitas, detractoris & cogniti placet iniquitas: igitur quantumvis cognoverit imposturam, corruptam placet circumspicere famam. Hac vitia potentum, fulgore dignitatis attonitorum; ut ad decus, cuius dedecus, iudicetur, quod non alius, qui ineptissimus: quasi fulgoris in culmine non haberet plenitudinem; modò non deturpaverit demerentium splendorem. Hac improborum studia: indignis semper indigna. *Ut aliquid pestiferi consequantur* (instit Senec. Epist. 118.) *per mala nituntur in malum.* Quid enim facient facies Reipublicæ? In omne facinus mancipantur pro honore.

A Praefili-busur solat

Senec.

Claudian. in Eutrop. v. 189. Plal. 74. 9.

Bernard.

Facies ambitiosi bibunt, pectores vinum non pretiosum.

Ibid.

Indigniferè ambrosi.

S. Bened.

Et cum comitibus fugi.

Ibid.

Plaut.

In similes animosque ligant consortia damni.

9. Horum indolem, seu potius malignitatem Pflalmographus callet & exprimit. Calix proponitur in manu Domini vini meri plenus misto. Quomodo ergo in Domini manu, quod videtur in ambitionis potu? Dicit Bernard. de Vita & morib. Clericor. cap. 15. n. 52. *Infelix prorsus ambitio, que ambire magna non novit, quærens de modico crescere, & de maximo minui.* Patet facultas: igitur potentes bibere salatis calicem, ambiunt tantummodo factem. Sunt ergo facies Reipublicæ, & fatagunt, ne sint facies; quibus dignitas indignè dedecoratur, dum ineptus, propudiosus, contemptibilis extollitur: siquidem nonnunquam honoris infamia, quod eminent honorati cæca fortune ludibria. Vernacule: *Unos trastos.* Propudium sanè quod occupent dignitates, qui triremes debebant occupare iuxta mores, vel latefere in latumijis: igitur magis Reipublicæ rutilant, si non appareant. Potus calicis pretiosi vini, est digni munere, sed bibent omnes peccatores terra. Quis? Ambitiosus. Peccatores ergo dicantur: ac omnium notatur: ambitionem comitantur vitia: & ius est huiusmodi facies, omnes peccatores dicit quia in quolibet ambitioso universi peccatores. Scandala nutriunt, & dissensiones in congregatione faciunt. Hinc suscitantur invidia, rixa, detractiones, amulationes, & exordinationes: subdit N. Patriarcha, d. cap. 65. Hinc vel in fervido tepide in obligationibus pensum, quia impium vidit super exaltatum. Hinc amulationes, quia muneratur vitium; sæpeque exordinationes adprobulium voluntatis, quo nullus ordo, dum prævalet interventio, urgente ambitione, cuius legis nulla lex. Unde ebrius fece qui bibit inclinatur ex hoc in hoc; quippequam dignus deponitur, ut indignus auctoretur. Signatur à Plauto in Prolog. *Panul. v. 38.*

Ambitionis causa excluduntur digni foras.

Quo

Quo detriores anteponuntur bonis.

En omnia in ambitione vitia, ex virtutibus vulnera; igitur ita vertit legum, & rationis ordinem, in gereus oculatam excitationem, bibens facem; quod in desiderijs peccator laudatur; & iniquus benedicitur.

Inde cadit struus.

Nunquam fatigatur ambitio.

Caret sensu & sensu.

Bernard.

Insatiabilis & cæca, à demonique bonorata.

10. Procedendum ultra, quippequam ultra proceditur. Ostenditur in calice sex: sed ambitio inclinatur ex hoc in hoc. Quid hoc? Affectus ambitiosus, quin, licet vacuus, finitur affectus. Adinstar Tantali habens ad manum poma, excitatur è proximitate desideria. Apprehendere fatagunt, manusque fugiunt; sed ludo non respiciunt, quia denudò in alia rampit ac micat spes: calicemque fecis iterum atque iterum inclinatur ex hoc in hoc; quoniam inter manus dum fugiunt honores, denudò appetitus sequitur aves volantes. Degustatur amaritudinem, & facem vocant dulcedinem, tracti tyrannico appetitu, absque ullo laboris sensu huicinde, hinc & illuc, huc & illuc, ultrò citroque, quin aliquid illis hic: quare affectum inclinatur, quantumvis in facem, ex hoc in hoc; quoniam etiam vacua spe, periculis iterum appetit, quidquid facis in facem primum occurrerit. Pendet: Fax guttata, verum fax eius non est exinanita. Bibet & bibit ebrius aspide ambitionis morsus, tamen toties repulsus, usque exhaurit totum calicem, quantumvis in ambita calice semper gustaverit facem. Sæpe dixi, ex Plinio & alijs regeramque hic Tautolog. 9. D. 5. n. 2. esse in India singulares homines, oculos habentes in humeris. Vide etiam Solinum, cap. 55. Hæc quæ videntur monstra, sunt politicè in ambitum medicina: igitur si humeri destinantur ad portandum, & anè oculi ad videndum; modò ambitiosus habentur in humeris oculis, haud applicentur dignitatibus humeros. Non appetunt, ut portent, sed ut portentur. Unde oneribus succumbunt; quippe oculos habent in dignitatum fulmina, nequaquam vires ad honorum onera. Facti in caput anguli, obscurantur splendore: ac constat ex dedecore ob ambitum immerito gloriam, quantum propudij, quod facti in caput, & non in caudam.

11. Clamat Bernardus de Morib. & offic. Episcopor. cap. 7. n. 27. *Videntes illos (inhit) qui iam proprios humeros cupita sarcina submiserunt, non solum non gemere tantquam sub onere; sed insuper appetere plus onerari: non deterrentur periculis, qui cupiditate cæcari non vident; sed favoribus amplius, quos illis invident, provocantur. O insatiabilis ambitio! Quid ex tantis malis? Suavitas honoris, ubi sentiunt pondus &*

pondus, si applicant humeros? Taxet Profanus, quod supra lib. 2. cap. 16. à v. 48. *Cui titulus felix, virtutis nomine nomen. Jupiter hic habitat? Fortuna credere genti? Huic in peruersum similis deiceta sub orbe, Adversaque nitit parte, defesit peracta Militia, rursusque novo devota labori. Nondum opus sentit mandari: iam sperat honorem*

12. At unde tanta insania? *Petunt fugienda:* dicit Stoicus, Epist. 118. *Quid Dii boni (subdit Plutarch, in Marcell.) huic homini faciam, qui neque secundam potest, neque adversam fortunam ferre? Neque dare quietem victor, nec victus? Quo venturus furor, ubi non revocat dolor? Irritat, oblique visus splendor. Fabricantur arte conspicilla orbiculata, quæ multiplicat innumere ad iocam obiecta. Quapropter ministrantur ut hallucinentur pueri; qui vident plures, ex splendore scintillæ. Hanc attingere, illis videtur; sed tantum videtur illis: siquidem apprehendere cupientes; alij in risum, & illi semper decidunt in errores. Appropinquant, semper errant, donec tangant; cognoscentes votum acquisitionis, esse nullius entitatis, quippequam tantam entitatis species, futile visum, infatuacione, per vitrum fascinatione oculorum. Sic honor diabolus, micante solam ad speciem honore: equidem magna, ut apprehendant, multipliciter conspiciunt; ubi qui tangunt, nihil aut futile inveniunt.*

Tom. VI.

Manu.

Solicitas dignitatem, ut habeat nomen.

Senec. Plutarch.

Cuius effectus complicitas orbiculata laet.

Mantuaaq Eclog. 54. v. 18.

Dum obicitur dignitas, flores ambrosiosos vanitatis.

It 2

in ambitiosis affectio, plus impulsis, quò de-
cepis: vanitatemque dicit Psalmographus
altitudinem; quoniam altitudinem contemp-
tunt duntaxat in vanitatem. Cognoscunt ni-
hil habere quo vani fiant, & altitudo quæ-
ritur ut in summum intumescant, inflati mone-
re, venti flantis extensione: in thronoque vo-
cantur idola, igitur tantum vanitatis simulacra.
Nihil videtur pensis totum cerebellum
inane, in gestu, vultu & affectata crepitatione
verborum, doli aurata vacuitatum. Multum
de dignitate, sed nihil de religione.
Quam alta dicit, qui usquequaque despiciet
diciturque temeritas, ubi in altitudine respici-
tur vanitatem & infans fallas; quippe tem-
erè apparent insipidi, quum videntur esse
docti. Huiusmodi audacia ineptis iudicant
cuncta, altruentes cogitata amenter digni-
tate, nulla, utpote deliria, ratione: abruptus-
que signatur expeditionis ordo, cum tem-
erario sumitur altitudo: quippe in ascen-
sione haud ascendunt in thronum, sed Tarpe-
iam scandunt in præcipitium.

14 Respondeamus ergo attento, ut
eluceat quòd aberrant à scopo, quos pungit
ambitio. Unde illis suavis intolerabilis labo-
r? In laborem ex labore præcipitat temere
furor: Vident allucinati, ex ipso lumine cæ-
ci. Mens emota cum sit, dolum haud percipi-
mens: diciturque ex vanitate, & ambi-
tione hæc altitudo beneficium: quia labo-
rant, quin cognoscant, pridem laborasse in
vanum. Attingere cupiunt quod splendet
summe in oculis; cuius deceptorie multipli-
cantur species: magisque vanitatem in alti-
tudine apparent; quippe toties attritantes,
non attingunt. Haud facile respiciunt ab
errore, cum non cognoscant errorem esse
iudicij; respiciunt tantum splendore fastigiat
sed ignorant splendorem effingi per ocula-
ria. Vigilanter vernacule: *No nocent que el
splendor de los vestos, son antojos.* Oculis
sanè objecta sunt voluntatis prolubia, & ambi-
tionis malicia; adinstar ebriorum, qui
cuncta vident duplicia. Unde Iuvenal. *Satyr.*
6. v. 305. inquit.

Geminis exurgit mensa lucernis.
Quare sine mente, cogitato duntaxat splen-
dore; capiti que vertigine, votis frustrari
toties illi, labore ac labore, ambiunt &
ambibunt inaccessibilem indotatis altitudi-
nem; quavis cognoscant in præceptis dispo-
sitam vanitatem: optatque David cæcitatem
videntibus oculis, ne aspiciat in altitudine
vanam fulgoris speciem; igitur oritur fo-
mes futillum cupiditatum, ex viscosa dece-
ptrice fascinatione oculorum. O miser! Sa-

tius, semel cadere, quam usquequaque pen-
dere. Suspendium desiderat anima vestrâ,
ac iactare crura? Infania. Adinstar Ixio-
nis.

Rotavit animas fugiens que sequetur.

DIDASCALIA III.

Ecclesie floribus nec rose nec lilia desunt.

Opportune aptatur Virginibus fan-
guine candidatis, in quibus lilia
splendent ratione candoris; verum super-
antur floride candida rubris: equidem ma-
ior delectabilis amantitas, ubi lilia speciosa
fide vertuntur in rosas. *Sunt & purpurea li-
lia:* diximus sepe ex *Plin. lib. 21. cap. 5.* qui
præmittit: *Lilium rose nobilitate proximum
est.* Iam tota nobilitas lilij candori, quippe
quo floret rosa, rapit à sanguine. Prius ro-
sam fuisse candidam, fabulantur Ethnici pur-
pureamque factam sanguine effuso præ amo-
re, Venere curtente per vepres in auxilium
Amasij. *Natal. Comes, Mythologia. cap. 13.
& 5. cap. 16.* Unde *Pier. Valerian. lib. 55. cap.
8.* succinit.

*Affixit auris vestigia cæca rosetis
Albaque divino picta cruore rosa est.*
Plura cæcæ finxit, sed quasi vera referretentem
in Virginum Martyrum speciositate candida,
resurgunt lilia purpurea, conciliaria rose insi-
gni maiestate candentis lilij cruore.

*Sanguineo velati violaverit ostro
Si quis ebur, vel mista rubent, ubi lilia
multa*

Alba rosa: tales virgo dabat ore colores.
Unde si Ecclesia deliciofum puellis viridari-
um, & quasi stellis floridum amantissimè
cælum; dum puritatis candorem, purpu-
reum sanguinem, puella sacre afferunt, ac
amore offerunt; floribus eius nec rose nec
lilia desunt.

O tenero probit as maturior avo!
O ubi purpureo suffusus sanguine candor!

Sidereique orbis, radiataque lamina cælo!
2 Velum expanditur inter columnas ad
Sancta Sanctorum, ex hyacintho, pupura, cocco
& bysso, & intextuit vi Cherubim. Videtur
pulcherrima figurâ Catharinæ forma: equi-
dem Cherub effecta ex bysso candoris, ex
hyacintho puritatis, ex cocco virtutis, at-
que ex pupura cruoris.

*Ut cum contexunt amarantibus alba puella
Lilia*

Stroz.

Plin.

*Species flores
virginum
traces.
Sunt ex li-
lji rosa.*

Pier. Val.

*Vig. 12.
Anecd. à
v. 67.*

*In Ecclesie
viridario.*

*Stat. 2.
Siv. 1. à
v. 40.
2. Par. 3. 14.
Catharina
Cherub hu-
mani.
Tibull. 3. 4.
v. 33.*

Lilia, & autumno candida mala rubent.
Ad rem Marc. Senec. *contro. 2. Nemo cre-
debat occisum virum à femina (inquit) iu-
venem à puella, armatum ab inermi. Maiora
videbantur, quam ut possent credi, sine Deo-
rum immortalium auxilio gesta. Maxime
debere estimari pudicitiam, innocentiam &
felicitatem: quam publica sit, miles ostendit:
quam innocens, iudex: quam felix, reditus:
inter tot pericula non servasset illam Di-
visi sibi. Vobis dedit, quibus debet. Magis
putaverant miraculo esse in captiva liberta-
tem, in prostituta pudicitiam, in accusata
innocentiam. Alqua capta felicio fuit, nulla
fortior, Floride quidem, in Catharinâ lau-
dem, atque pectoris virtutem. Illam (ut de
alia dixit Tacitus, 15. *Annal. cap. 57.*) non
verbera, non ignes, non ira, eò acrius tor-
quentium, ne à femina spernerentur, per-
vivere. Velamen est feminae insigne, iuxta
Paulum, 1. *Cor. 11. 10.* qui ad *Hebr. 10. 20.*
carnem vocat velamen in puellarum Marty-
rum admiratione: equidem in corpore sa-
crum videbatur velum hyacintho, purpurâ,
cocco, byssoque floridissimè ornatum, quo
per tormenta raptò, uti in Sponsi morte pa-
teret Sancta Sanctorum. Depingit Ioseph.
6. de *Bell. cap. 6. Auleum hyacintho & bys-
so & cocco & purpurâ variatum, mirabili
opere factum, neque contemplationis expe-
re colorum permissione, veluti omnium rerum
imaginem præferens. Cocco enim videbatur;
ignem imitari, & bysso terram, & hyacin-
tho aërem, ac mare purpurâ. Erat enim in
eo per scripta omnis cæli ratio. Alia videtur
in *Epheem. 20. Ianuar. n. 1.* Aptissimè va-
rijs his coloribus omnis cæli figuratur ratio,
puellarum virginum inclyto Martyrio: igitur
illis ad Amasium patuerunt regna celo-
rum, quippe in cunctis elementis cuncta
tormenta vicerunt.**

3 Alia cogito. Cælum à celando dicitur
instit Alapid. in *Genes. 1. 8.* quasi calatum, seu
varijs stellis depictum: equidem si vulnus ce-
latura corporis; corpus Martyrum uti cælum
ornatur stellis. Virginibus confertur
regnum celorum. An quia pulchrum, purum
& beneficium? *Semper Angelis cognata vir-
ginitas* (ait Sophronius, serm. in *Assumpt.*)
professio in carne præter carnem vivere, non
terrena vita est, sed cælestis. Unde in carne
Angelicam vitam acquirere maius est meri-
tum, quam habere. *Esse enim Angelum fe-
licitatis est: esse verò virginem, virtutis:
dum hoc obtinere viribus, virgo nititur cum
gratia, quod habet Angelus ex natura. Utrum-
que tamen & esse virginem & Angelum di-
vini muneris est officium, non humani. Ra-*

Mat. 23. 1.

Quasi Vir-
ginitas

Sophon.

tio ex Philosopho. Cælum capax non est
peregrinae impressionis. Unde Virgines vel
in terra sunt in cælestis; quippe etiam habitan-
tes corpore terram, vel in carne non admit-
tunt impressionem peregrinam. Cælum inter
Hebræos dicitur eridrum, seu tranfenna
adinstar clathri five cancellorum, quæ aper-
turis, seu vulneribus cælorum. Unde eis vi-
sum, quæ lucent, non esse astra; sed forami-
na lucida, per quæ interius latentis videtur
gloria: haud aliter Virginum Martyrum, si-
liarum Regis, quarum gloria ab intus
est.

*En formosa tamen procedit filia Regis,
Maior in interno quavis sit gloria cultu.*
Succinit Ludovic. Crucius in *Psalm. 44. &
Senec. Epist. 120. Felicitas introrsum est:* ce-
loque virgines Martyres conferuntur, dum
vulneribus celantur: quoniam sunt astra, quæ
videntur vulnera, per quæ erumpit splendor
cælestis gloriæ, Numinis habitantis in cælo
pectoris. En tota cæli ratio, sed designandus
in virtutem ordo; in ut huiusmodi cælis
quot vulnera tot sint sidera.

4 Velum præfatum expansum & appen-
sum inter columnam duplicem, appellatam
Fortitudinem, per Salomonem. Columna in-
ter Romanos erat insigne sublimitatis glori-
æ, de quo Pier. Valerian. *lib. 49. cap. 3.*
In idem quadrant diversa: igitur sublimitatis
gloriæ ex virtutis fortitudine.

*Purpurei metuunt tyranni:
Iniurioso ne pede proruat
Stantem columnam, neu
Concitet, imperiumque frangat.*

Canit Horat. I. *Carm. Od. 35. à v. 12.*
Opus ergo columnarum, interiecto velo in
sacra Sancta Sanctorum, erat quasi in mo-
dum retis & catenarum miro opere contexta-
rum. Super summam malogranatorum,
quasi opere lilij. Elucet ergo columna, li-
lia, catena, retia, atque mala punica; vir-
ginum pro Sponsi fide certantium pulcherrima
hieroglyphica, & sublimitatis gloria; quam
ut quid invictam, constantem hostile, purpu-
rei metuunt tyranni: etenim in illos florent
fortitudo in columnis, puritas in lilij, robur
in retibus, atque triumphus in malogranatis.
Percurramus singula.

5 Qui vicerit, sciam illum columnam
in templo Dei, & scribam super eum: no-
men meum novum. *Iesum*, scilicet, ait hic
Alapid. Scribere super lapidem, & celatura
est, quod ictibus atque vulneribus fit. Unde
apud Zachariam legitur 3. 9. *Eccc lapis quem
dedi coram Iesu: ecce ego calabo sculpturam
eius.* Vulnera notantur quæ caro scripta,
quippe Iesu cognoscantur per vulnerum tes-
ti-

*Cur cælum
virgo?*

Cruce-

Senec.

Horat.

3. Reg. 7. à
17.

*Quæ orn-
menta in
virginum
constantia?*

Apoc. 3. 12.

*Illarum vul-
nera, si scilicet
scripta testifi-
cantia.*

*Et temer-
idi.*

*Semper labo-
rat in va-
num, & fa-
litur votum*

Et. 139

Iuvenal.